



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 11. Currum pro nauis, vt à Catullo, sic & à Græcis poëtis dictum esse.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

modo locutum esse de Zephyro. itaque fecit more suo, ut, persequendis Græcorum vestigiis, τὸ ἄλλοξως καινόντε καὶ ξενικόν quæreret, seque quam longissimè à trita & plebeia loquendi consuetudine abduceret. quo in genere planè singularis fuit: neque, meo quidem iudicio, Græcas loquendi formas Latinorum pœtarum quisquam vel frequentius, vel fidentiùs, vel feliciùs imitatus est. Locus autem ille Euripidis, quem dico, ita scriptus est in Phœnissis:

Ζεφύρου πνοαῖς ἰππιδουτὸ ἐν ἔργῳ.

Currum pro naui, ut à Catullo, sic & à Græcis pœtis dictum esse. CAP. XI.

ETIAM illud Græcorum exemplo fecit Catullus, ut nauim currum vocaret, in libello De nuptiis Pelei & Thetidos:

*Diua quibus retinens in summis vrbibus arces,
Ipsa leui fecit volitantem flamine currum.*

siquidem apud Æschylum Prometheus in illa longa enumeratione artium, quas à se in vsum mortalium excogitatas & inuentas gloriatur, ait repertum suum esse currus illos nautarum, qui lineis alis vagentur per mare.

Θαλασσοπλευγὰ δ' ἔπις ἄλλ' αἰντ' ἔμεν
Λινόπτερ' εὐρε ναυτίλων ὀχήματα.

Sed & Euripidem eadem figura vsum memini apud quem nuntius, qui Medeam admonet, ut se mandet fugæ, præcipit ei, ut neque id vehiculum spernat, quod nauigandi, neque id, quod terrestris itineris conficiendi causa comparatum est:

ὦ δεινὸν ἔργον παρανόμως εἰργασμένῳ
Μήδεια, φεύγε, φεύγε, μήτε ναίαν
Λιπῶσ' ἀπὴνλω, μήτ' ὄχρον πεδοστῆν.

Sed hoc quoque, ut totum propè veteris eloquentiæ chor-

choragium, ab Homero est: qui primus aurigam nauis pro gubernatore dixerat: φθέγγατο δ' ἰώιοχον γῆρας κωνοπαροῖα. & naues, equos maris vocauerat:

Νηῶν ὠκυπέτρων ἐπιβαινέμεν, αἰδ' αἰλός ἵπποι
Ἀνδ' ἐγείσι γέγονον.

Libidinosarum mulierum, quæ calumniatae sunt eos à quibus sprete & repudiate erant, exempla octo.

CAPVT XII.

EXEMPLA octo memini legere, earum mulierum, quæ viros à se impudicè appetitos, cum eos ad restinguendum libidinis suæ ardorem flectere nequiuissent, calumniatae sunt postea, tanquam ab ipsis tentatae forent: eisque partim creantur ingens periculum, partim etiam exitium attulerunt. eorum vnum est in sacra historia, de Iosippo Iacobi filio, qui, cum obtemperare heretici, Phutipharis vxori, noluisset; structis ab ea calumniis in vitæ discrimen adductus est. atque hoc, vt quod omnibus notum sit, nihil est necesse pluribus verbis exponere. Hippolytum quoque Thesei filium vt Phædra nouerca tentarit: seque ab eo spretam videns, reuerso ab inferis marito persuaserit, cum sibi vim afferre voluisse, (quanquam paulò aliter est apud Euripidem) vtque castissimus adolescens crudelissimè ob eam rem discerptus dilaniatusque sit, & lippis, vt ait Horatius, & tonsoribus notum est. Sed & Tenni Cycni filio, Neptuni nepoti idem contigisse memoratur. eius enim ephebi iam, & vt Græci dicunt, ἐνδρόπαιδιος desiderio tacta nouerca Phylonome, seu, vt alij vocant, Peribœa, sermonem cum eo de stupro contulit. Reiecta & repudiata, insimulauit eum apud patrem, eodem planè modo quo Hippolytum Phædra. Credulus parens inclusum

B 3 in ca-

Ant. Marten
Variae Lectiones
LII
21